

iudex Berardinus de Basatis

91

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Berardinus de Basatis

91

1498-02-21

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quadricentesimo
nonagesimo octavo. Regnante... Federico de Aragonia
Dei gratia Sicilie et Ierusalem rege, regnorum... eius
anno secundo,... mense Februarii, die vicesimo primo
eiusdem, prime indictionis, Matere.

Nos Bernardinus de Basatis, de dicta civitate Matere
et ibidem annalis iudex,... Robertus Agathus de dicta
civitate Matere, puplicus ubilibet per totum dictum
regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius,
donnus Nicholaus de Sperto, donnus Donatellus de Gullo
de Gurrisiis, donnus Nicolaus de Pasca, donnus Petrus de
Pascarello et Antonellus Francisci de Simone, testes... de
affata civitate,... fatemur... quod... constitutis Iacobella
Antonii de Scornuto et Catella Antonii de Scornuto...
sorores, de dicta civitate... et... donno Angelo Iacobi
de Symone, de eadem civitate,... prefate... partes,...
stantibus... cum eisdem... mulieribus... Alfonso de
Scocta, viro... dicte Iacobelle, et Nicolao Pascarelli de
Scocta, viro... supradicte Catelle et legitimis mundualdis,
sub cuius munduo se esse recognoverunt, consensum
et auctoritatem eis prestantibus,... ad infrascriptum
permutationis contractum... devenerunt, videlicet quod
Iacobella et Catella... permutaverunt et... dederunt...
predicto donno Angelo... lamiam unam cum introytibus
et exitibus tantum,... sitam... intus civitatem civitatis
Matere, in pictagio maioris ecclesie, iuxta domum
palaciatam a superiori parte supradictorum coniugum
Iacobelle et Alfonsii et iuxta domos Nardi Antonii
Gregorii de Caniis ex duobus lateribus... sub annuo
censu... tarenii unius... solvendi... imperpetuum... mense
archiepiscopali... civitatis Matere... Et versa vice

supradictus donnus An--gelus,... submictens se prius in nos prefatos iudicem et notarium, cum sciret ex certa sui scientia nos suos iudicem et notarium non esse, nec nostre iurisdictioni subiectum, iurisdictionem suam in hac parte voluntarie prorogando et nostre sponte submictendo,... dedit... eisdem Iacobelle et Catelle... equum unum pili liardi obscuri, pro tali qualis est in presentiarum et de frumento bono et receptabili, ad comunem mensuram Matheranam, tomulos viginti,... inducens... dictas Iacobellam et Catellam... in dominium et poessionem prefati equi... per capistrum, ut moris est; et pro melioratione, redditu et refugio dicte permutationis... supradicte Iacobella et Catella... confexe fuerunt se recepisse... ab eodem donno Angelo... unciam unam et tarenos decem...

1

† Ego Bernardinus de Basatis annalis qui supra iudex dico vera esse et me subscripsi † Ego d. Nicolaus de Pasca qui supra testis testor † Ego d. Donatus de Gurrisiis qui supra testis testor † Ego donnus Petrus de Pascarello qui supra testis testor

Per Guillelmo